Ad Quodlibetaria
Quaestio Medica
Matutinis Exagitanda Disputatoribus In Scholis Medicorum die Jouis 4a Decemb.
M. Claudio Rousselet Doctore medico Disceptatore.

An Menstruis Decoloribus Purgatio?

Mulier intra certa tempora, tam naturali quam acquisititio temperamento mare frigidior sanguinem menstruum ex nutritione, sola quantitate redundantem (cuius reliquiae nec variolarum nec morbillorum causa sunt statuendae) vel vero, ita in pubertate, maiore copia, non tamen duas atticas heminas excedente, periodice, per tres aut quatuor dies emittit. Cuius si ad locos libera sit et liberalis derivatio, rerum mactata victima colorem inficiunt, perpetuitate sobolis ... boat (vice cuius ... non sit ex illius vergitione ~~...~~ abijcienda) sin minus omnes morborum causas ... afferi et sunt uteri ... tum morborum ... fontes: quippe si transmoti fuerint, sive ascenderint, morbos exhibent.

Si uteri, et totius corporis venae, nimio aut vitioso succo refertae, non dehiscant, vel illius corpus perversitate, atque ... per quinque aut sex menses (quae suppressio vel etiam diuturnior medelam agnoscit) subsistat, incrassescant, putrescant, purulentam naturam induit: inde lumborum gravitas et dolor, sitis vehemens, nausea, deiecta appetentia, graviditatem saepe emulata, hysterica passio, arthritis (quae etiam fluentibus menstruis ...) Et διάπνοα χαλαρηνία. quod si natura, pituitosi, biliosi, melancholici, vel serosi excrementi onere stimulatur, menses non statuto tempore morbide colorata emittit. Si relictis locis et lumbis, ad sursum tendit transierit, partes omnes vero affines vitiosa qualitate conspurcat, inde ~~superioribus~~ cum superioribus, multo saeviora symptomata se produnt.

Stillatim saepe fluunt menses, ab iisdem causis, sed imbecillioribus dolorem seu gravem, seu acutum, ac ~~a~~ stranguriam non raro inferentibus. Menstruorum autem immoderatorum fluxus dierum numero non aestimandus, appetentiam deiicit, actiones labefactat, inde totius corporis foedus color, καχεξία, ἀλωπεκία, sterilitas, hydrops, lypothimiae, quas ~~...~~ scribunt retentiam, iunioribus tandem superuenientem mortem praenuntiant, à sanguine profuso, satiscentibus, vel apertis prae ~~sanguinis~~ sanguinis copia, vel qualitate venis, aliquando exulceratis à pravis humoribus, qui menses decolores et extra praescriptum naturale tempus efficientes κάθαρσιν postulant.

Curandi ratio pro causarum varietate diversa. A mensibus remanentibus imbutum corpus, primum interna brachij secta, mox poplitis, vel malleoli vena, nec non cruentum scarificatio inanibunt. Cacochymiam vero, a vitiosi succi permistione, educet catharticum (cui admiscenda calida terminum partium, et diuretica) cuicumque humori familiare, quae concinnius si instante tempore, quo natura menses effundere solet. Sic non omnino suppressi remissam postulant curationem. Si fluor copiosus sit criticus, merito sinendus; sin immoderatior, impuro expurgato, vena internae brachij sectione, nec non cucurbitulis ad mammas affixis, est compescendus.

Natura menses retentos per loca conservantia natura non deponens, phlebotomia, medicamento purgante, suffitu aromatico, pessis, balneis et fomentationibus, tum victu tenui, tenuante et incidente et aperiente pari facultate praeditis, est sublevanda. Si sanguini immodice fluenti impurus admixtus sit succus (inde menses intempestivi, et male colorati) vindicabit purgatio ex rheo et myrobalanis et ceteris medicamentis purgandi simul, et astringendi facultatem habentibus: humor diureticis derivandus: in uterum immittendi pessi, tumque mulceant, detergeant, et abluant, omisso ex omnibus aceto.

Ergo Mensibus Decoloribus Purgatio.

Ponebat Simon Le Tellier Meduntanus Carnutensis, anno 1597.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Domini Doctores disputaturi.

M. Antonius Quiquebeuf.
M. Jacobus Hamboyse Med. Reg.
M. Jacobus Cousinot.
M. Petrus Seguyn Prof. Reg.
M. Petrus Pijard.
M. Nicolaus Jabot.
M. Albertus le Febure Med. Reg.
M. Claudius Rousselet Praeses.
M. Marcus Myron Med. Reg.